

4. Reg. 20. Abulcuf. logio Achar decem gradibus. 4. Reg. 20. num. 11. Ubi Abulensis quat. 33. doctè inquit, an retrocedente; sole decem lineis versus Orientem retrocederet cum eo reliqui planetæ affirmantem partem sequitur. Debet dici, ait, omnes celos tunc motos fuisse ab O. cidente in Orientem, sicut motus est Sol. Quod ex eo comprobatur, quia in illo magno miraculo, quando ad imperium josue Sol stetit, steterunt simul cum illo cæteri cæli, & modo in consueto cursu, cum Sol ab Oriente pergit in Occidentem, & simul cum eo moventur cæteri cæli. Quid est, quod cum Sol in suo cursu consistit, consistunt & cæteri cæli, & cum pergit in suo motu, pergunt & illi, & cum Sol repedit, repedant & reliquæ planetæ? Sol inter reliquos planetas tenet imperium. Luminare majus, ut præfæcit dicit Genes. 1. num. 16. Solem in potestatem dicit. Psalm. 135. num. 8. Cum ergo Sol inter cætera sydera tanquam imperator lucis radiis refulgeat, non mirum quod cum cætera sequantur astra, ut ipso Sole stante, movente aut retrocedente, inferiora sydera stent, retrocedant, & moventur, sic qui præest, cæteros ad se rapit, ut ad ejus vestigia alii, & pedem moveant, quod ita verum est, ut non solum homines sed etiam insensibilia concitentur ad sua capita imitanda.

Ut David fieret gener Regis, dictum est ei quod Rex non indigebat sponfalibus, sed tantum centum præputia Philistinorum, tunc subdit text. Placuit sermo in oculis David, abiit cum viris, qui sub eo erant; & percussit ex Philisteis ducentos viros. 1. Reg. 18. num. 27. non majorem expectavit manum, sed comitatus una sua cohorte profectus est, & percussit ducentos: expendendum est maxime. Abiit, & percussit ducentos. Cur non dicitur abiit cum suis, & percusserunt? An solus ipse percussit? quando ipse, & socii percusserunt, cur de solo ipso dicitur quod percussit, & adeo facile, & sine proprio damno? quod tam facile, & sine damno tam pauci multos percusserant, id ex David robore ac disciplina veniebat. Valde potens est regentis, ac ducis dexteritas, probataque fortitudinis exemplum, ut & milites talia videntes hoc exemplari moveantur, ut similia monumenta roboris præbeant, & idè tota cæles in inimicis facta non militibus, sed Davidi adscribitur à cujus fortitudine omnes documenta hauserunt, & indè non dicitur percusserunt viri, sed percussit David, eleganter dixit D. Synes. Epist. 110. Illud dicam verum ducem, non qui tantum regit imperio, sed qui propria virtute viam facit, ut milites inter hostium turmas irruant; Vide supra cap. 3. quat. 7. n. 51. 52. 53. & 54.

Cap. 9. n. 18. Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum de igne, fumo & sulphure, quæ procedebant ex ore ipsorum.

Num. 19. Potestas enim equorum in ore eorum est & in caudis eorum; nam caudæ eorum similes serpentibus habentes capita, & in his nocent.

Tot militum valentia in ducis fortitudine consistit. D. Synes.

217. 1. Reg. 18.

218. Gagn.

219. Richard.

220. Richard.

VERSIONES.

- Syrus. 18. Et à tribus plagis, &c. quæ exeunt ex oribus eorum.
Arias. Sulphure exunte ex oribus.
Occumen. Quæ progrediebantur ex ore eorum.
Arabicus. Et mortua est, ab his tribus rebus.
Vatabl. n. 19. Et potestates eorum, in ore ipsorum sunt.
Primasus. Habentes capitâ Dracorum.
Strabus. Similes serpentibus habentibus capita.

EXPOSITIO IX.

Tab his tribus plagis. Scilicet igne, fumo, & sulphure, quæ licet per se fumantur semper intelligitur occidi à globis missis cum igne, fumo & sulphure, nam hæc ad exploendos globos concurrunt; & cum propriè una plaga sit, triplicem appellat Evangelista, quia fortè tres sunt plagæ partiales quæ ad unam totalem concurrunt; Occisa est tertia pars hominum. Gagnæus ait, quod ponitur numerus certus pro incerto. Et si de iniquis hominibus intelligatur, spiritualiter interpretatur, qui ad varia vitia excitati, & moti sunt si ve. d. de electis intelligatur (nam postea videtur, quod sermo sit de reprobis) dicatur tunc quod corporaliter occidentur, multo & vario tormentorum genere.

Potestas enim in ore eorum est. Si quidem ex ore eorum procedebat ignis, fumus, & sulphur, à qua triplici plaga interfecta est magna pars reproborum; & cum dicitur. Potestas eorum in ore. Ostenditur quod hi equi non erant similes cæteris equis, quorum vis est in corpore, ait in pedibus, non autem in ore. Caudæ eorum similes serpentibus, habentes capita, scilicet serpentina; per has caudæ, & capita intelliguntur à multis gladii militares, qui instar caudarum retro extant, & manubria habent capita, vel saltem apud Sarracenos in fine, ac ultima extremitate formas serpentinas referunt, vel etiam hæc metaphora, denotatur pedisequi & ministri militum, qui veluti serpentes occultè nocent furtis, rapinis, incendiis nocentiores, & plurimum ipsis ducibus inveniuntur.

Habentes capita, scilicet serpentina in caudis. Cauda cum sit ultima pars animalis denotat finem vitæ, ut benè hic advertit Andreas Casar. In fine enim vitæ diabolus protendit suum serpentinum caput, ut totum suum venenum effundat, ut hominem trahat in æternam damnationem.

218. Gagnæus ait, quod ponitur numerus certus pro incerto. Et si de iniquis hominibus intelligatur, spiritualiter interpretatur, qui ad varia vitia excitati, & moti sunt si ve. d. de electis intelligatur (nam postea videtur, quod sermo sit de reprobis) dicatur tunc quod corporaliter occidentur, multo & vario tormentorum genere.

219. Richard. Ait Jacobus in sua Canonic. cap. 3. n. 6. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam navis vitæ nostræ inflammat a gehenna. Et cum de aliis turpitudinibus loquuntur, ait c. 4. num. 1. Unde bella, & lites in vobis? Nonne hinc, ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris. Dum homo inflammat ad bella, lites, ac controversias, non aliunde acquirit inflammati, nisi à propriis concupiscentiis inhabitantibus hominis membra; ubi autem à venenosa lingua, Sulphure in Apocalypsim. Tom. I.

220. Richard. Ait Jacobus in sua Canonic. cap. 3. n. 6. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam navis vitæ nostræ inflammat a gehenna. Et cum de aliis turpitudinibus loquuntur, ait c. 4. num. 1. Unde bella, & lites in vobis? Nonne hinc, ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris. Dum homo inflammat ad bella, lites, ac controversias, non aliunde acquirit inflammati, nisi à propriis concupiscentiis inhabitantibus hominis membra; ubi autem à venenosa lingua, Sulphure in Apocalypsim. Tom. I.

QUÆSTIO XXIII.

Quare occisionis instrumentum tot hominum ab ore equorum procedebat?

Dicitur in textu, quod ab his tribus plagis, scilicet igne, fumo, & sulphure, quæ de ore equorum procedebant, à quibus interfecta est tertia pars hominum. Cur ait, quod de ore equorum tales plagæ progrediebantur, cur non potius à manibus proveniebant, nam sulphurei globi à tormentis bellicis à manibus projectantur; nam licet multa sint supplicia in inferno; præcipua sunt illa tria ignis, fumus, & sulphur, sub quibus cætera comprehenduntur? Eorè cur non ex manibus, sed ex ore eorum illa tria manare dicuntur, quia ex ore ac doctrina hæreticorum, ac falsorum magistrorum, nil aliud sibi comparant auctores, nisi inferni penas. Ansbertus. Ab ore autem equorum, ait, ignis, fumus, & sulphur egrediens, tertiã partem hominum occidit? quia videlicet malorum prædicatorum sequacibus suis æterna supplicia preparat; & non inconvenienter per versa prædicatorum, tormentum impiorum vocatur, per quam ad illud multitudi impiorum graditur.

Secundo, ab igne, fumo, & sulphure, quæ procedebant ab ore eorum, dicitur tertia pars occisa. Si inquiras quid hæc significent? facile invenes, quod per ignem intelligitur cupiditas & avaritia; sicut per fumum superbia, & ambitio, & similiter per sulphur libido, & concupiscentia, non ergo aurum, quod ab his tribus tertia pars hominum interficiatur; concupiscentia enim & libido, ac superbia regnorum ac hominum sunt exitium, & perniciës Rupertus. Ab his tribus plagis, ait, id est, propter istas tres plagas occisa est tertia pars hominum de igne, fumo, & sulphure, non concupiscentiam, superbiã, libidinemque gentium, sive regnorum, occisa est tertia pars hominum.

Tertio, cur ex ore eorum, non verò ex manibus procedunt ignis, fumus, & sulphur, à quibus tertia pars hominum interficitur? sicut per hujusmodi equos intelliguntur demones; ita etiam per ignem furor & invidia; per fumum cæcitas, & superbia, & per sulphur luxuria; viciosa ergo colloquia, quia ex fluxu oris demonum veniunt, mortem animabus inferunt, & in gehennalem flammam detrudunt. Richard Victor. Quæ procedebant ex ore ipsorum, quæ corrumpunt bonos mores colloquia prava.

Ait Jacobus in sua Canonic. cap. 3. n. 6. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam navis vitæ nostræ inflammat a gehenna. Et cum de aliis turpitudinibus loquuntur, ait c. 4. num. 1. Unde bella, & lites in vobis? Nonne hinc, ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris. Dum homo inflammat ad bella, lites, ac controversias, non aliunde acquirit inflammati, nisi à propriis concupiscentiis inhabitantibus hominis membra; ubi autem à venenosa lingua, Sulphure in Apocalypsim. Tom. I.

223. Colloquia prava ex demone inferni. Richard Victor. Quæ procedebant ex ore ipsorum, quæ corrumpunt bonos mores colloquia prava.

Ait Jacobus in sua Canonic. cap. 3. n. 6. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam navis vitæ nostræ inflammat a gehenna. Et cum de aliis turpitudinibus loquuntur, ait c. 4. num. 1. Unde bella, & lites in vobis? Nonne hinc, ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris. Dum homo inflammat ad bella, lites, ac controversias, non aliunde acquirit inflammati, nisi à propriis concupiscentiis inhabitantibus hominis membra; ubi autem à venenosa lingua, Sulphure in Apocalypsim. Tom. I.

224. Jacob. Ait Jacobus in sua Canonic. cap. 3. n. 6. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam navis vitæ nostræ inflammat a gehenna. Et cum de aliis turpitudinibus loquuntur, ait c. 4. num. 1. Unde bella, & lites in vobis? Nonne hinc, ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris. Dum homo inflammat ad bella, lites, ac controversias, non aliunde acquirit inflammati, nisi à propriis concupiscentiis inhabitantibus hominis membra; ubi autem à venenosa lingua, Sulphure in Apocalypsim. Tom. I.

prava colloquia procedunt inflammata ostenduntur, non à membrorum concupiscentiis, sed à demonum sede, à gehennali incendio; prava enim colloquia inseparabilia sunt à sede demonum, ac illorum. flitu. Gillibert. Abulcuf. bas ferm. 24. in Cantic. Quod lingua, ait, nequam cordis tuo talem adhibet flammam: Ignem hunc, quem evomis, hauris de gehenna. Inde incipit, & illo rapit. Lingua, inquit, inflammata à gehenna male succendit, quia succendit unica, quia desidi verba scintillat, & flamma talis de inferis est.

Ait Regius Vates, Psalm. 119 num. 4. Sagitta potentis acuta cum carbonibus desolatoris. Chaldeus legit: Sagitta robusti acuta, sicut fulgura superna, cum carbonibus ardentibus in gehenna inferni. Quæ verba Isidorus Clarus, & Janfenius de lingua dolosa, ac malo ejus eloquio interpretantur, est enim pravum eloquium lingue dolosæ, instar sagittæ acutæ; cui pro cuspide inferentur carbonès ardentes, qui veniunt de gehenna inferni: sicut in sagitta proprius est locus, & sedes, ubi ponitur acuta ferri cuspis, sic in lingua dolosa, ac pravo ejus eloquio, perversa sedes est, & locus proprius, ubi carbonès infernales sunt & quiescunt. Hæc advoco, id quod dixit noster D. Cyrill. Alexand. in Apologia ad Theodos. quæ habetur in Concil. Ephes. tom. 5. cap. 2. assignans rationem, cur Diabolus usus sit Nestorio hæretico, sic ait: Draco igitur Apostata ille, hoc est, Satanæ, utrum sacerdotem, incantum, mentemque seduculum nactus, & linguam ribulominis ad eum conerarium, & ad Christi servatoris nostri gloria detrahendum promptissimam turbis, editionibus quæ omnes Ecclesias adimplevit. Lingua dolosa inventa non dubitavit Diabolus ejus colloquio totum orbem perdere.

225. Psalm. 119. Chaldeus. Ab igne inferni accenditur mala lingua.

226. Cyrill. Lingua dolosa totum orbem perdet.

QUÆSTIO XXIV.

Quare potestas equorum erat simul in ore, ac caudis eorum, in quibus capita serpentina apparebant?

Capita equorum ad instar leonum erant ut exprimitur, vers. 17. & in præsentia dicitur, quod caudæ erant similes serpentibus in quibus incrant capita nempe serpentina. Cur non solum aspectu leonino terrebant, sed etiam caudis. Scilicet habentibus serpentina capita; nam sicut cauda denotat finem, sic caput initium, ac principium; & sunt iniqui, ac perversi homines, qui cum creduntur ad finem malorum inferendorum pervenire, tunc ad initium, ac principium aliorum malorum perpetratorum se accingunt, ut denique redire videantur. Et cum existimas eos à malo, ac persecutione quiescere, tunc denud contra te capite serpentino se erigunt Joachim. Abbas, Superbi homines aperta tra incipiunt perpetrare mala, & cum putantur ab inferendis malis quiescere, tunc ex inopinato deteriora mala committunt. Ad hunc sensum explicat D. Greg. Magh. lib. 7. Moral. cap. 14. illud Psalm. 119. 9. In circuitu impij ambulanti etenim, ait, Y y circulus

226. Cyrill. Lingua dolosa totum orbem perdet.

circulus in quolibet puncto, quod designaveris, & finitur, & incipit. Sic & tales impii.

227. Quæstio tamen principaliter inquit; cur de hujusmodi equis dicatur, quod eorum potestas erat in ore, ac in cauda, cur in his equis, non erat vis, ac robur constitutum in corpore, pedibus, vel in aliis, sed in ore, ac caudis; per os denotatur doctrina, per caudam verò, quæ est ultima pars corporis, potestas temporalis quæ est ultima post Ecclesiasticam; ecce cur in his equis infernalibus potestas erat in ore, ac cauda; quia pravitas hæreticalis nititur in persuasione oris, ac in potestate sæculari, à qua multoties patrociniatur, D. Greg. Magn. lib. 33. Moral. cap. 29. In Apocalypsi, dicitur potestas equorum in ore & caudis eorum; in ore namque Doctorum scientia, in cauda verò sæcularium potentia figuratur, nam per caudam, quæ retro est hujus sæculi postponenda temporalitas designatur, isti ergo equi, id est, iniquissimi Prædicatoribus, ubique carnalium impulsu currentibus in ore, & cauda potestas est, quia ipsi quidem per-versa suadendo prædicant, sed temporalibus potestatibus fulti per ea quæ retro sunt, se exaltant.

228. Secundò, potestas equorum in ore, hæc potestas hæreticorum in falsa persuasione, ac in cauda, per quam denotatur fraus & dolus, siquidem corpore cauda occultatur, & minus apparet quam facies: Deinde quia cauda regitur animalium turpitudine, & inde recte potestas equorum, seu hæreticorum constituta est in cauda, nam simulatione, ac fraude turpitudinem suæ doctrinæ abscondere nituntur, ut efficacius noceant. Thom. Anglicus: Cauda, ait, cooperit turpitudinem: sic tales astutiam suam abscondunt, & turpitudinem erroris sui cooperiunt. Idem habet Rupert cum ait, Prohibita dicens fugere mendacium, ait, Ilias cap. 9. Ipse cauda est videlicet, quia quodammodo protegit stercore, dum ipsa quod loquitur mendacium, quantum potest verisimilitudine perornat.

229. Tertio, potestas eorum in ore, & in cauda quæ serpentibus comparatur. Et cauda eorum similis serpentibus. Serpens aliquando se convolvit, & involvit, ut ne etiam caput ejus videatur, ac postea cum vult venenum effundere, in fetorant evolvit, & liberè explicat, ecce cur caudæ, id est hæretici etiam similes serpentibus esse perhibentur; quia hæretici simula è sese continent, ac sese involvant, ne tales esse deprehendantur, ac verò postea cum admittuntur, libertate plena & intolerabili impudentia, suos disseminant errores Pannonius, Os mortiferum est illis, ait, & cauda implicat sese nexu suo, sese contrahunt protegentes, explicam ut libertatem latius expatiendi accipiant.

230. Quarto potestas in ore & in cauda; per os denotatur orationis efficacia, ac energia; Per caudam verò, quæ penas dat ad alicujus ornamentum, largitas munerum; & in his duobus constituitur tota potestas hæreticorum, quia non minus donorum largitas in hæreticis suadet, quàm verborum oratio Albert. Mag. Per ista duo, ait, multos decipient, scilicet per rationum inductiones, & per munerum largitiones, & ideo dici potestas equorum, in ore eorum, id est in rationum inductione, & in caudis eorum, id est, munerum largitione.

231. Quintò, hujusmodi equi habebant duo capita unum leonum, ut dicitur, vers. 17. Et occisa

equorum, ut capita leonum. In cauda verò habebant capita veluti serpentina, ut jam dixi, & ideo magna erat potestas equorum in ore & cauda, quia apud homines mundanos, ille plurimum valet, qui duplici induitur facie, ut modò unus, modò alter videatur.

Insignis extitit apud Davidem in consiliis proferendis Achitophel. Air. Text. 2. Reg. 16. num. 23. Consilium autem Achitophel, quod dabat diebus illis, quasi qui consuleret Deum, sic erat omne consilium Achitophel; & statim subdit Text. quod prudentissima erant consilia Achitophel. Cum esset cum David, & cum esset cum Absalon. Quomodo, iste in suis consiliis proferendis, se poterat bene habere, cum Davide Rege justo & recto, ac cum Absalon Principe iniquo, qui contra partem suam se rebellaverat? quomodo hæc compatiuntur ut esset bonus consiliarius cujusdam boni regis, ac alterius regis simul iniqui, & tyranni. Procopius, erga bonum malitiam celans, erga pravum ostendens. In præsentia Davidis venenum occultabat, quod coram Absalone profundebar; duplici facie se armabat Achitophel, & ita locum habebat apud bonum, & malum, apud justum, & tyrannum.

Apoc. 9. n. 20. Et ceteri homines, qui non sunt occisi in his plagis, neque penitentiam egerunt de operibus manuum suarum, ut non adorarent dæmonia, & simulachra aurea & ærea, & lapidea, & lignea quæ neque videre possunt, neque audire neque ambulare.

Num. 21. Et non egerunt penitentiam ab homicidiis suis, neque à veneficiis suis, neque à fornicatione sua, neque à factis suis.

VERSIONES.

Arabicus. Iique occidebant reliquos homines, qui mortui non fuerant ob tres plagas, ignem scilicet, ac fumum, & sulphur, & tamen non penituerat eos.

Syrus. Non conversi sunt ab operibus manuum suarum.

Primasius. Neque egerunt penitentiam factorum suorum malorum.

Vatabl. Neque resipuerunt.

Syrus n. 21. Et non reversi sunt ab incantationibus suis, neque à scortatione sua.

Arabicus

Arabicus. Et non penituerat eos cædis suæ, neque adorationis suæ Arias. Non resipiscunt.

ribus manuum suarum, statim connectit adorationem, quam idolis præstiterunt, ut inde fiat evidens, quod homines per mala opera sua inducuntur, & sibi parant viam ad Idololatriciam, unde omnia mala sibi comparant.

EXPOSITIO X.

233. Ceteri homines, qui non sunt occisi. Hoc est, duæ reliquæ partes iniuorum, nam tertia pars ab equis, & equitibus interfecta est ut pater, vers. 18. & cum tor strages, ac funera suorum vidissent illi homines, neque penitentiam egerunt de operibus manuum suarum, Ac si diceret, nec ex eo quod tot mortes viderent permoti sunt ad penitentiam agendam, ex eo quod coluerunt opera manuum suarum, simulachra nempe ab hominibus facta & nunc primò ponit peccata, quæ ad idololatriciam pertinent.

234. Ut adorarent dæmonia. Et primò interponit mentionem dæmoniorum, non quia illa sint opera manuum hominum, sed quia in operibus manuum, id est, simulachris dæmonia colebantur; Quæ neque videre, nec audire possunt, cuius peccati gravitatem sæpè repetit. sacra scriptura, Psal. 114. Sapient. 15. Baruch. 6. & Paul. Rom. 1.

Et qui non egerunt penitentiam. Post Idololatriciam assignatam alia peccata numerat in quibus obstinatè absque penitentia perseverarunt, ab homicidiis suis, quæ semper in omni lege sunt prohibita, neque à veneficiis suis. Veneficium, est crimen veneni, specielque maleficii, sumitur frequenter pro incantationibus & aliis fortilegiis, Neque à fornicatione sua. Quæ licet sit idè sumatur pro specie luxuriæ soluti cum soluta. Tamen in præsentia noster Evangelista sub nomine luxuriæ intelligit omne carnis vitium, ut adulterium, quod gravius est fornicatione. Neque à furtis suis. Sub quo nomine, omnes contractus iniquos & fraudulentos, & illicitos comprehendit. Ad integrum ac perfectum sensum addendum est peribunt, qui non egerunt penitentiam.

Psal. 114. Sapient. 15. Baruch. 6. Rom. 1.

Varia genera peccatorum.

QUESTIO XXV.

Quare specialiter non tantum dicitur, quod penitentiam non egerunt, sed etiam additur de operibus manuum suarum.

Iniquorum, qui perierunt, recensionem hic facit Joannes; & hoc caput nonum, ac præcedens octavam per anthithesim respondent capiti septimo, ubi prædicantur, & ostenduntur Joanni omnes electi salvandi: hic verò proponuntur, ac ostenduntur omnes præciti damnandi, quibus per Evangelium, non est allaturum remedium.

Tota quæst. inquit, cur postquam Joannes dixit, quod penitentiam non egerunt de operibus manuum suarum, Tom. I.

Secundò, cum Scriptura de Idolorum adoratione agit, addit opera manuum hominum, ut in præsentia. Non egerunt penitentiam de operibus manuum suarum, ut non adorarent dæmonia, & simulachra, &c. Sic & Regius Vates, Psal. 113. n. 4. Simulachra gentium argentum & aurum opera manuum hominum. Cur ergo in utroque loco opera manuum hominum dicitur? Ut magno pudore confundantur homines, ea adorare, ut divina numina, quorum ipsi erant auctores, ac fabricatores, ut recte adnotavit Cassiodorus ad præfatum locum, Psal. Ne putares, ait, hæc signa naturæ alicujus vivam habere substantiam ad militiam dicitur exprimentam, Deos illos gentilium, mortalium manibus fabricatos. Pudor est dicere simulachra ab illo coli; cuius speciei auctor est, & potius inveniri, aut quid mortali valeat præstare, qui nisi voluisset homo, idolum non potuisset existere? Sic & Hierem. 10. Talia deliramentum pulchra definitione conclusit, dicens, nihil aliud erit, nisi quod volumus esse artifices.

Secundò, Rectè dicitur in text. Non egerunt penitentiam de operibus manuum suarum, ut adorarent dæmonia, & simulachra. Magno affectu rapitur homo ad opus manuum suarum; & ideo dicitur, quod homines adorant idola opera manuum suarum, ac si ex eo ad illorum cultum, & venerationem moverentur ex eo quod erant opera manuum suarum. Ad quod respicit D. August. lib. 8. de civit. Dei, cap. 23. Cum facile sit fieri Deos colendo, quos ipse fecit homo.

Tertio, in tantam dementia prolapsi sunt homines, ut manibus suis imagines hominum scelestissimorum fabricarent, ut ad suos turpissimos mores haberent licentiam, sicque eos tueri, ac patrocinari possent D. Gregor. Nazianzen. oratione ad Hemeisium, sic ait: Scilicet idolorum cultores, qui hoc vitii vestris subsidium excogitatis, ut flagitiosos, mendaces, scarios, adulteris vobis Deos fingatis nec eo contenti, vitii etiam ipsis sacra constituisstis, ex qua illud efficitur, ut non solum impunium maneat quodvis vitium, sed etiam laudabile, ac honestum habeatur, velut Deo, qui id coluit gratum & jucundum.

Quarto, de operibus manuum suarum, ut non adorarent dæmonia, & simulachra. Quæ Deos, appellarunt, ut testatur Sapiens, c. 13. n. 10. Sap. 13. dicens: Infelices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellaverunt Deos opera manuum hominum, aurum & argentum, &c. Simulachrorum adoratores, infelices nominat sapienter, quia nempe Deos appellaverunt opera manuum hominum, & unde provenit eorum infelicitas? quia inter mortuos spes illorum est. Collocarunt spem suam non in Deo vero, sed in mortuis idolis, quæ sunt opera manuum hominum, & maxime infantia, ac execrabilis fors est illius, qui non in Deo, sed in creaturis spem suam reponit.

Aggè passus est Dominus Regem ab Hebræo postulatam esse, unde ait Samueli, Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos; Y y 2 In

Mala operatio parat viam ad idololatriciam.

Psal. 113. n. 4. Simulachra gentium argentum & aurum opera manuum hominum. Cur ergo in utroque loco opera manuum hominum dicitur? Ut magno pudore confundantur homines, ea adorare, ut divina numina, quorum ipsi erant auctores, ac fabricatores, ut recte adnotavit Cassiodorus ad præfatum locum, Psal. Ne putares, ait, hæc signa naturæ alicujus vivam habere substantiam ad militiam dicitur exprimentam, Deos illos gentilium, mortalium manibus fabricatos. Pudor est dicere simulachra ab illo coli; cuius speciei auctor est, & potius inveniri, aut quid mortali valeat præstare, qui nisi voluisset homo, idolum non potuisset existere? Sic & Hierem. 10. Talia deliramentum pulchra definitione conclusit, dicens, nihil aliud erit, nisi quod volumus esse artifices.

Maximè homo afficitur ad opus suum.

Homo valde inhonestare suos pravos mores. D. Nazianz.

Valde miser qui in alio præter Deum sperat.

242